UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

V. An iidem Subditis suis sæcularibus concedere possint litteras dimissoriales?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38315

Visual Library

ordinem Presbyteratûs jam actu ſuſceptum emittant.

Caput V.

An iidem ſubditis ſuis ſæcularibus concedere poſſint litteras dimiſſoriales?

110. *Dimiſſoria duplicis generis.*

111. *Neutras ſubditis ſuis ſæcularibus concedere poſſunt Superiores Regulares.*

110. S. C. Trid. Regulares in ordine ad ſuſcipiendos ordines Epiſcopis localibus ſubjicit quoad examen, de quo infrà, & quoad recognitionem Dimiſſoriarum, quarum data regulariter Spatium bimeſtre à die ordinationis ſupputandum, excedere non debet, inſerto iiſdem teſtimonio de ordine præcedente jam ſuſcepto. Ubi tamen *Dimiſſoriæ* non accipiuntur in proprio ſenſu, juxta quem dicitur, *ejuſdem eſſe, dare litteras Dimiſſionis ad ſuſcipiendos ordines, cujus eſt per ſe ordinare*: ſed ita

 dun-

duntaxat, quatenus Epiſcopo Diœc
ſano præſentant Regulares ſibi ſubdi
ordinandos; vel à Diœceſano non o
dinaturo pro ea vice, examinatos & a
probatos, ad alium Epiſcopum co
munionem Apoſtolicæ ſedis habent
dimittunt.

III. Minimè tamen id facere poſſu
cum ſæcularibus ſibi ſubjectis S.
Trid. *ſeſ. 23. ref. c. 10.* quorum ordi
tio ad Epiſcopos Diœceſanos perti
concedentes autem Dimiſſorias co
formam Decreti, ab officio & benefi
per annum ſunt ipſo Jure ſuſpenſi.

Caput VI.

An Religioſi exempti ſuos di mittere poſſint ad Epiſcopum non-Diœceſanum?

112. *Fraudes Regularium contra Diœceſa Epiſcopos improbatæ.*

113 *Quando liceat Superioribus Religionu mittere Religioſos ad alios ordinatores?*

114. *Quid in hac re dicendum de locis* nulli

III